



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Hermanni Conringii Epist. ad Sam. Rachelium refellitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

tionum capita occurrant, quæ scilicet ex libris petuntur: iterum dico, vel unam Wendrockii notam à me discussam appellare poteris, ut ostenderes, rem mihi pro votis non successisse; illi porro libelli, non continent inepta effugia, ut ais, sed illius scutæ imposturas ita aperiant, ut vel inde convictus maneat, & sui minime compos, atque adeo conturbatus, ut nesciret ipse, quid sibi vellet, errores defederet erroribus, imposturas dilueret imposturis, ac furore, aut furis agitat, non jam scurrilia, ut ante, sed flammis, ignes, ferrum, mortes & horrenda quæq; misceret: sed quod nihil aliud habeam, dicis quidem, & falsò dicis, ac proinde non probas, censuram utramque Romanam addidi, nimirum propositionum & litterarum Montaltii, quarum quatuor primæ & duæ postremæ, non moralia, sed dogmata, eaq; Janseniana defendunt; prudenter igitur utramque censuram adduxi, quam tamen vis satis non esse non miror, Heterodoxum hominē ita loqui; satis est, verè Catholicos; Hæretico etiam satis esse deberet: mihi quoque exprobras superbas cavillationes, in censuras à Gallicano Clero, & Belgico editas; erras, Hermanne, nullas ibi cavillationes habeo; indicare saltem debueras, illæ porro censuræ, de quibus alibi à Gallicano clero minimè prodierunt, sed à nonnullis Episcopis, qui vix sextam partem æquant Episcoporum Galliarum; in Belgio, duo tantum Episcopi hujusmodi censuras ediderunt; sed quæ te, fatage rerum tuarum, tuorumque Lutheræorum, quorum errores clerus uterque impensè execratur; sed, inquit, Montaltii Epistolis & Wendrockii notis subscriptis bene est, age cum illis, quantum libet, sed nostris Præsulibus parce; nihil tibi & sanctis, aut sacris illis hominibus, qui errores vestros in conciliis anathemate damnaverunt.

III. Mihi deinde novos turpis doctrinæ fucos imponis; vis enim, à me dici, probabilem opinionem falsam & legi divinæ contrariam à peccato coram Deo absolvere, tum demum ita se habere, si error ille planè sit invincibilis, quod penitus adversatur, inquis, communi illorum doctrinæ & c. rem hanc non capis Hermanne, ubi enim discuterem dogma illud Wendrockianum, not. i. in §. Epist. sect. i. §. 1. opinionem probabilem falsam à peccato non liberare, hoc argumento contra illum usus sum; *Opinio probabilis falsa peccato non eximit; error tamen inculpatus & ignorantia invincibilis eximit; potiori ergo jure opinio probabilis, quantumvis falsa:* hoc argumentum, quod est à minore ad majus, solve-re debuisses; sed jurarem, à te non intelligi hujusmodi rebus non assuetos; distinguimus optimè opinionem probabilem ab errore inculpato, nullus enim error opinio probabilis dici potest; distinguitur etiam ab ignorantia invincibili non recti, & honesti, nec etiam veri, quo ad honestum usum opinionis, sed veri, quo ad ipsam opinionem; ignoramus enim invincibiliter an falsa sit, unde si ignorantia invincibilis veri prædicti & recti liberat à peccato non liberat, hoc per errorem, quis credit, non esse diem jejunii, non peccat, non jejunando; potiori jure, opinio verè accerto probabilis, quæ cū ignorantia veri tantum speculativi, fortè conjuncta est, nimirum si opinio illa falsa statuatur, & cum iudicio vero accerto, de honestate operationis, vel usus dictæ opinionis, peccato eximit; unde si sit minus probabilis, si ve magis, si ne æquè, perinde est; singularis igitur sententia non est; nec inde sequitur, ut dicis, non licere minus probabilem sectari; minus tamen formaliter non admitto, ut sæpe à me dictum est; quod demum ea sole clariora esse dicas, quæ Montaltius Jesuitis opponit, & quæ ipse nego, cum duobus ejusdem Adversariis, & nos uti nova menti-

endi methodo, nimirum æquivocatione & effugatione mendacium, putidum mendacium est, vel unum tantum sole clarioribus, quod Wendrockius adduxit, ego vero petrificta fronte negavi, ut ais, proferre debueras; ut saltem ostenderem, falsum esse, sed dimagendi modus; negamus, clariora sola, sed quæ tandem pateage, taces: quid unquam minus?

IV. Denuò dicis, pleraque eorum, quæ Montaltius & Wendrockius carpunt in Jesuitis, Wendrockius defendere voluit, damnata fuisse ab Episcopis & Patrocis bonæ Galliarum & Belgii partium, jam sæpe rejecta & refutata; nunquam probatur Episcopi etiores & imposturas Montaltii; quid factionis intercessit; sed quo fructu & virtute Societatis eodem statu sunt & intra unum quidquam in his mutatum, nisi fortè in nobilitate extincta est; Deus enim curam suorum legem gerit; pauci illi maxima, ex parte redierunt: Montaltii linea & Wendrockii nota edito Regis, censuram doctissimorum Episcoporum & Jesuitarum Doctorem Sorbonicorum manipulo voracibus additæ, tum quia Jansenianas hæreses ab Ecclesia damnatas in dicto libro propugnare, quæ defendi, certum est, tum quia petulantia Maledicentia is auctoribus adeo familiaris est, ut illi hominum conditioni pareant, exceptis dumtaxat Jansenistis: quid ergo cicatricem illam tetra, quam callum obduxit: sine Catholicos nostrorum, cum tuis Lutheranis, aliisque de grege: quod nobiscum filiis Belial? Jansenistas tibi concedimus, sed cum Catholicis nihil profus tibi est, contentiones interdum cæcæ dæmon, permittente Deo, substat inter Catholicos, ad probationem saltem honorum, sed tandem, affluente divina gratia, cessant contentiones & ira, redit serenitas, & pax optata constituitur: iterum dicis, Apologiam Calvinistarum à Pontifice orco traditam esse, cujus tamen, inquis, trocinum Stubro exius suscipere non erubuit: jam ante dixeras, cur iterum regeris? quod dicis de patrocinio Apologiæ à me suscepto, inane est, tum Wendrockium, ejusque errores in sectatus sum, de illius prohibitione ibidem egi, sub finem prædixi, quæ videre potuisti, quid porro singillatim damnatum sit in Apologia, non invenio, præter modum editionis, qui regulis S. Indicii & Tridentini repugnat: orco verò Ecclesia neminè tradidit, nisi obdormitos Hæreticos, petulantes Apollatas, & peccatores in sceleris perseverantia contumaces.

V. Speras verò, hoc raro Gallorum & Belgiarum exemplo, multos quoque tuum in Germania, vultu bi, Romanensium partium, doctrinam moralem Jesuitarum confixuros, aut saltem illorum potentia irritos, in occulto tandem deprehensuros, quibus Magistris, qualique doctrina tot nullum auctoritatem implacabili innocentia nostræ, inquis, odio interdu-rum, curatio in Germania subnixæ sit. *Innocentia nostra, inquis, quis unquam Hæreticus intus? cur præsertim, tui similibus, quos ignorantia invincibilis culpæ non eximit; quam porro doctrinam magistri vestri populos suos docent? doctrinam Lutheri, doctrinam Diaboli, doctrinam schismatis & hæreseos; Jesuitæ verò quam? doctrinam Ecclesiæ, doctrinam Patrum nostrorum, doctrinam saltem, non flagramus autem ut dicis, adversum vos odio, decellamus, quod loquimur, & cui credidimus, nimirum*

rum Ecclesiarum, à qua verbum Dei scriptum & traditum & omnia sacra accipimus; sed vos quæso, à quo accipitis, & cui creditis? Deo, inquit, an Christi? Deus loquutus est unquam? credis Luthero, Calisto, aliique hujus furfuris, & nullius, nec dubie fidei hominibus. Casuistas deinde ac peritum Jesuitas cum Phariseis comparas; sed modestam oportet esse memorem; Pharisei quippe gravia ceteris onera & importabilia imponebant, quæ vel digito ipsi movere volebant; cum Montanius & Wendrockius, quorum apud dicta, velint, à Jesuitis omnem disciplinam Christianæ & morum rigorem remissum ac multum fuisse; ab iis omnia scelera permitti, & ad omnes cupiditates habenas laxari; contra verum ipsi vitam religiosam degant, singulari obedientia coercitam, castitate Angelica, paupertate, mortificatione, aliisque castigatæ vitæ virtutibus conspicuam, præter ea, quæ intus latent; utamur Hermanno Conringi, per aliquot dies cum hominibus viveres; cæcus sum, fore, ut congeram de illis opinionem ac sententiam mutarem; longe verius Phariseis illos conferrem, quibus vitæ delicias nihil desit, summum rigorem adversus alios exercent, vano scilicet pietatis obtentu, quid quæso mage Pharisei-

VI. Subdignam fabulam, excerptam ex aliquo negivendo, nimirum in generali congressu Societatis, cautum esse decreto, ut semel assata mordem retinerentur, & silentio potius, accurato exerceatur, quam vel minima dictorum revocatio appareat; ne quid inde Societatis nomini & existimationi detraberetur; virum literatum, qualem ne proficere esse, pudere deberet, has nugas scribere; quo enim anno congressus ille habitus est? sub qua Generali appella fodes; quid faceres Lector, hominibus, qui cum Deo fidem & Ecclesiæ non habent, iusto Dei iudicio, omni fide apud homines cadunt. Adde tamen esse in Societate viros, pios, bonos, doctos, qui saltem clam vibices sui ordinis deplorant; animum tamen tegunt & dissimulant, aliorum metu; & eodem animo juras, Alexandrum esse, præ nimia Jesuitarum potentia; & si non vacat gravissima culpa, dans veniam corvis vexat censura columbas: itane verò, in Societate bonos à piis agnoscis? tibi ergo in religione confiteres; cum extra veræ Religionis castra nulla sit Germana pietas; imponis maledice, atrocissima calumnia est; jam aliàs opposuisti, at secundo ac tertio mentiri, & easdem calumnias, fabulas, arguere rege, vobis hæcenus solenne fuit. Furi-

de mihi, potentiam Societatis, immo nec ullam ex ea toleravi, qui censura & nota dignus esset.

VII. Rabbini etiam Jesuitas perperam confers; crede mihi, Judæos & Judaizantes Societas semper abhorruit; contradictorias sententias iisdem temere affingis; sed nullam appellas; dicis tantum ab iis adstrui illud à peccato alienum esse, quod ex sententia sit alicujus probabilis Magistri; in quo luculenter erras; sed jam hoc non semel refutavimus. Hortaris deinde Samuelem tuum, ut exagitet æquivocationum argumentum, quod Jesuitis proprium est, illamque mentiendi artem, ut Caramuel olim appellavit, citatque in hanc rem Valerianum magnum; hic in Jesuitarum causis tot justas exceptiones patitur, quot apices in ejus libello exarati sunt: nunquam mentiri licet, Hermanno; pro quo Jesuitæ omnes vitam cum sanguine profundere parati sunt; at verò, urgente necessitate, tegere veritatem non modò licet aliquando, verum etiam oportet; hoc argumentum alibi plenè discussi; tu vide sis; si tamen intelligis; cum scetoli quidam ea sæpissime non capiant, de quibus acerrimè disputant; quam multa hujusce rei nobis suppetunt exempla & argumenta. In hac autem materia, Jesuitæ à communi aliorum auctorum sententia non discesserunt. Attingis demum Hæresim illam Jesuiticam, de auctoritate infallibili Ecclesiæ, in questione facti; Ecclesiæ, inquam, seu Papæ Ecclesiam representantis, hæc enim controversia à Jansenistis in Gallia excitata ita intelligitur, ut ipsi velint, Ecclesiam in qualibet questione facti errori obnoxiam esse, Jesuitis scilicet refragantibus, quorum multi tenent, Ecclesiam errare non posse in iis factis universalibus, quæ omnibus Christi fidelibus, sub anathemate, ab Ecclesia proponuntur, ut Canonizatio sanctorum, damnatio Hæreticorum, Religionum, confirmatio, Librorum Canonice approbatio, Conciliorum Oecumenicorum confirmatio, aliaque id genus; nullus autem, nisi fortè Hæreticus, communem illam omnium fere Theologorum sententiam, Hæreticam dixerit; sed de hac controversia non est disputandi locus; præsertim cum homine Heterodoxo, qui vult, Ecclesiam in aliis etiam questionibus, quas juris vocant, errori obnoxiam esse; ab infensissimo Ecclesiæ Romanæ Hoste, qua-

lem te semper exhibuisti, aliud expectare Catholici non possunt.

(*)



LII 2

BER.